

1325 . . . Item, quia frater Iohannes prior Morimundi contra ordinis decenciam et paternalem reverenciam literas direxit diffamatorias ad exterarum regiones, videlicet provinciam Faschoniam et Yspaniam, capitulum generale eundem absolvit ab officio prioratus, committens nichilominus dictum capitulum domino Morimundi, ut eum emittat ad partes remotas non reversurum nisi de domini Cysterciensi licencia speciali, punicionem vero personarum in predictis et aliis perversis machinationibus contra iam dictum dominum Morimundi consencientium committit capitulum domino Cysterciensi in plenaria ordinis potestate.

. Item, cum fratres Hermannus de Heldric et Albertus de Redwicz sue salutis immemores abbacie in Lanchaim existentibus (sic) in apostasia maxima dampna intulerint ac multa enormia commiserunt et propterea emissi, capitulum generale statuit et diffinit, quod ad iam dictam abbaciam non recipiantur nisi de dicti capituli generalis licencia speciali. Item petitiones abbatis de Ebera, qui petit quod abbas de Runa, cuius domus propter alluvium penitus est destructa¹ a generali capitulo per sex annos excusetur et per idem tempus ipsius conventus, si necessitas exegerit de scitu tamen et consilio visitoris dispergatur, et quod abbas Celle Angelorum ratione novelle plantacionis et penuriarum a dicto capitulo per octo annos possit remanere. exaudit capitulum generale.

Item, super petitione viri domini Hainrici de Lippa de translacione abbacie de Wisawicz² generali capitulo

1) Johannes v. Victring berichtet darüber (Schneider, SS. rer. Ger. 2, 126): In monasterio Runensi in Stiria torrens parvulus, qui de vertice montium fluit, vehementissimo impetu se resolvit et densissima inundacione ligna, saxa gravissima secum trahens, muros scindens, omnia pene habitacula, monasterium, ambitum et ceteras officinas usque ad mensuram in altitudinem quatuor aut quinque cubitorum permeavit et vestigia in muris intersibilia reliquit, libros armarii et monasterii non fedavit. Dass die einheimischen Dokumente darüber schweigen (und nur der Kärntner Historiker Meldung tut), wie Muchar, Gesch. d. Steierm. 7, 235 berichtet, ist erklärlich; in Reun existierte kein Jahrbuch, wie es auch keinen Historiker hatte, der wie Joh. v. Victring oder Peter v. Königsaal die Geschichte seiner Zeit geschrieben hätte, Victring aber stand als Zisterzienserkloster mit Reun in naher Verbindung. Das sogenannte Chron. Leobiense (ed. Zahn p. 36) nennt den Tag: A. d. 1325 cenobium Runense ex habundancia pluviarum per torrentem mox est repletum, semina per montis ambitum et omnes officinas (fehlt ein Wort) VII. Id. Iunii. Cella Angelorum s. oben S. 631. 2) Wisowitz (z. Rosa Marie) s. Janauschek p. 250; im alten Hradischer Kreise Mährens. Ueber Heinrich v. Lipa berichtet ausführlich der Königsaal Abt Peter v. Zittau und doch sagt